

**Tentamen medicum inaugurale de rheumatismo acuto ... / Eruditorum  
examini subjicit Joannes Gould, Anglus.**

**Contributors**

Gould, John, M.D.  
University of Edinburgh.

**Publication/Creation**

Edinburgi : 'typis Academicis', 1764.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/a8v5c33h>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

TENT MEN MEDICUM  
IN AUGURALE,

Ex *Dono* JOHANNIS AUCTORIS

# RHEUMATISMO ACUTO:

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

*Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,*

GULIELMI ROBERTSON, S.S.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,*

*Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;*

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

*Eruditorum examini subjicit*

JOANNES GOULD, ANGLUS.


Ad diem 1 Septembris, hora locoque solitis.

—— λόγος — ἐκ τ' ἀδοξέων ἰών,  
Καὶ κ' τῶν δοκέων αὐτὸς, ἐ ταυτὸν θένει. EURIP.

EDINBURGI:

TYPIS ACADEMICIS.

M,DCC,LXIV.



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30787142>

VIRO PRAESTANTISSIMO,  
THOMAE GLASS,

APUD ISCAM DAMNONIORUM

MEDICINAE DOCTORI;

ARTE ET ERUDITIONE,

JUDICIO ET ACUMINE,

INSIGNI:

*Hosce primos in Medicina Conatus,*

*grato animo,*

*et eo quo par est obsequio,*

*devovet*

AUCTOR.

VIRI PRÆSTANTISSIMO,

THOMAE GLASS,

ATQVE LEGUM PRACTICORUM

MEDICINAE DOCTORIS,

ARTE ET PRAXI,

JUDICIO ET ACUMINE,

INSTRUIT:

Hæc prima in Medicinæ Canonis,

Græcæ Linguae,

et ex quo per se obsequio,

decurrit

AUCTOR.

# TENTAMEN MEDICUM

D E

## RHEUMATISMO.

**I**NTER morborum cohortem, qua praecipue homines obruuntur, nulli numerosiores sunt, quam ii qui suam originem a coeli varietatibus, et ab anni tempestatibus, ducunt: ex iis Rheumatismus infimum haud tenet locum; qui, ob frequentiam et foevitiam qua inter nostrates grassari consuevit, propter aëris mutationes subitas nostris regionibus accidentes, non parvam attentionem requirit. Qui, quamvis subito hominem de medio non tollit, si tamen in initio male tractetur, infrequenter non contingere potest, quin aeger, per reliquum vitae spatium, gravissimis admodum symptomatibus misere cruciatus laboret.

UT I almae hujus Academiae legibus morem geramus, quibus sancitum est, ut ii, qui ad Doctoratus gradum adspirent, et publicam sibi salutem permitti velint, scientiae et peritiae suae medicae specimen quoddam in apertum proferant; fert animus de RHEUMATISMO pauca

A

differere:

## 2 TENTAMEN MEDICUM

differere : sed novi et inauditi quiddam proferre haud sperans, quo morbi natura vel curatio magis illustretur, historiam morbi, diversaque solummodo auctorum dogmata colligens, interque se comparans, probabiliora indigitare conabor. Lectores itaque rogatos esse velim, uti hancce dissertatiunculam animo benevolo aequoque legant, erroresque tum in stylo cum in materie tractandis condonent, et huic tentamini juvenis veritatem investigantis, melioraque edoceri cupientis, faveant.

### MORBI HISTORIA.

HICCE morbus haud veteribus ignotus fuit, quanquam apud illos vestigia ejus adeo obscura inveniuntur, ut nihil certi ex illis statuere possimus; adhaec, quoniam omnes articulorum dolores, illi sub nomine Arthritidis comprehendere solebant.

HIPPOCRATES dicit, “ Cum articularis morbus detinet corporis articulos, ignis et dolor invadit, et brevis quidem et acutus evadit, sed minime lethalis. Junioribus magis quam senioribus contingere solet ( $\alpha$ ).” In posterioribus verbis Rheumatismum mihi innuere videtur.

CELSUS

( $\alpha$ ) Hippocrat. de Affectationibus, p. 524. edit. Foef.

CELSUS mentionem hujus morbi vix fecit : sed veram podagram solum descripsisse, cum ait, “ Hoc vitium raro vel castratos vel pueros ante foeminae coitum, vel mulieres, nisi quibus menstrua suppressa sunt, tentat ( $\beta$ );” nisi in verbis sequentibus Rheumatismum tetigisse videatur, “ Ubi sentire coeperunt, sanguis mittendus est ; id enim inter initia statim factum saepe annuam, nonnunquam perpetuam valetudinem praestat ( $\beta$ ).”

ARETAEUS propius ad morbi naturam accessit, “ At alias in alios articulos morbus articularis invadit : quibusdam, in coxendices, et in alia quaedam membra, nonnunquam exiguus ; quibusdam in corporis omnis ambitum vagatur ; transitus in dorsi thoracisque musculos fit ; incredibile est, quam malum serpat ; verum tendines et muscoli distentione dolorem patiuntur ( $\gamma$ ).”

AVICENNA inter Arabes hoc vitium sequentibus adumbravit : “ Flatus est aliquando in tunicis musculorum et villis, sicut in colica flatuosa, aut in tunicis musculorum et submembranis, et super ossa, aut in ipso membro latitans, aut in musculis in pectore ( $\delta$ ).”

ARS

( $\beta$ ) Cels. lib. iv. cap. 24.

( $\gamma$ ) Aret. de causis et signis morb. diuturn. lib. ii. cap. 12. p. 66.

( $\delta$ ) Avicenn. fen. i. lib. iii. tract. ii. cap. 7.



#### 4 TENTAMEN MEDICUM

ARS medica primum inter Graecos Arabesque colebatur ; et cum terra eorum, situ ipso, coelo aequabiliore et temperatiore fruebatur, hunc morbum haud ita frequenter inter eos accidisse verosimile est ; et si unquam accidisset, adeo mitem fuisse (ε), ut cito fugaretur.

RHEUMATISMUS, uti in hisce regionibus septentrionalibus, ubi  
*Boreas Caurusque, aut unde nigerrimus Auster*  
*Nascitur, et pluvio contristat frigore coelum,*  
morbus quasi endemicus deprehenditur. Itaque, apud Medicos, qui hanc terram borealem incolebant, accuratiorem morbi historiam sperare liceat.

PRIMI inter recentiores, dolores circa articulos omnes, qui a Podagrae norma discrepabant, sub nomine Catarrhi vel Rheumatis comprehenderunt ; et propter id, illis, a periculo, praxis haud fuit libera : quoniam humores in Catarrho frigida natura praeditos esse posuerunt, venae sectiones itaque pernegabant, et medelam calido regimine instituebant.

BOTALLUS, inter Gallos, primus Medicorum fere omnium, torrenti se objecit ; in duas species morbum divisit, scilicet, in calidam et frigidam ;  
atque

(ε) Sic se res habet in Italia. *Hic ver assiduum atque alienis mensibus aestas.* Vide etiam Hillary on the diseases of Barbadoes.

atque medelam prioris repetitis (?) venae sectionibus perfecit.

POST eum, BALLONIUS, morbum graphicè depinxit; et speciei morbi, feбри conjunctae, primum (n) Ρευματισμὶ nomen imposuit, et bene a Catarrho et Arthritide distinxit.

POSTEA, ab omnibus describitur. Ast inter praestantiores, RIVERIUS et CHESNEAU, historiam morbi tradiderunt; sed aliis morbis implicaverunt, quibus minime convenit.

SYDENHAMUS, et post eum HOFFMANNUS, palman ab omnibus fere auctoribus praeripuerunt: attamen hi etiam quosdam morbos sub nomine Rheumatismi retinuerunt, quibus hujus vitii genus haud apte conveniet.

SED sicuti olim omnes fere dolores artuum ad Catarrhum, ante tempora BOTALLI, referebant Medici, ita nunc sub nomine Rheumatismi complectuntur; sed quam alienum hoc sit, postea elucescet.

### D E F I N I T I O.

QUAM difficile sit, morbi cujusvis justam et accuratam tradere definitionem, genus et speciem comprehendentem, eumque breviter aliis a morbis

(?) Botall. lib. de curatione per. M. s. cap. 12.

(n) Ball. Opera Omnia, vol. iv. lib. de Rheumatismo,

## 6 TENTAMEN MEDICUM

morbis distinguentem, nemini in re medica versato non apparebit.

DEFINITIO enim morbi cujusvis cognitionem omnium fere morborum requirit. Morbi autem, uti larvati incedunt, gnaros saepissime fallunt. Observationes porro, et morborum historiae, mire inter sese discrepant, et saepe symptomatibus accidentalibus vel ineptiis infarciuntur. Multum itaque tyroni est condonandum, si non ad amissim definitionem expromeret, qui plerumque inter auctores versatur, observatione et experientia longa carens.

UTI nobis quidem videtur, *Rheumatismus est dolor juxta articulos potissimum; modo tumori et inflammationi conjunctus, modo non; qui non alteras corporis partes per consensum afficit, neque ex labe gentilitia procedit; ab acrimonia nulla singulari exortus; neque proclivitate ad Haemorrhagiam comitante.*

POSTEA per Diagnosin planius patebit, morbum huncce ab omnibus fere aliis quibus immisceri solet, hac definitione distingui.

IN ordinando magnam morborum catervam, Botanicorum methodum in vegetabilium regno sequitur Cl. SAUVAGES: hic Rheumatismum in classe septima, inter morbos dolorificos, in ordine de morbis dolorosis vagis, et in genere secundo hujus ordinis, locavit; et definiit, "*Morbum ambulatorium*

*ambulatorium carnearum partium, seu musculorum, iisque profundum, et saepe periodicum dolorem esse* (3).” Sed hanc definitionem in novissimo opere postea mutavit; et alteram dedit, nempe, “*Rheumatismum esse diuturnum musculorum, in artubus potissimum, dolorem, sine Coryza, Raucedine ac Rheumate* (1).” Iis vero non utimur definitionibus; quippe utraque earum morbos Rheumatismi naturae minime convenientes detinet, uti suo loco postea monstrare conabimur.

COGNITIONEM morborum apta distributio faciliorem reddit. Sed quoniam fortè a nominibus genericis plurimi fallantur, maxime cavendum erit, ne morbos, qui in similibus quibusdam symptomatis concordare videantur, sed causis methodisque medendi admodum discrepant, sub eadem classe, ordine, et genere includeremus. Plurimi auctores gravissimi in hoc vitium inciderunt; HOFFMANNUS duas aliorum morborum species, haud propriè, Rheumatismi nomine comprehendit: nempe (x) Rheumatismum scorbuticum et venereum. STÖRCK Febri Intermittenti (λ) nomen Rheumatismi dedit. Cel. SAU-

V A G E S

(3) Pathol. Method. p. 317.

(1) Nosolog. Method. vol. iv. p. 22.

(x) System. Ration. tom. 2. p. 328. fol.

(λ) Annus Med. secundus, p. 129.

## 8 TENTAMEN MEDICUM

VAGES decem ( $\mu$ ) species enumeravit, quarum plurimae non solum ad alia genera, sed etiam ad alias classes referri potuerunt; uti quae et curatione et causis a Rheumatismi natura prorsus abluunt. Nam, si Rheumatismum hystericum, vel scorbuticum, vel febricosum, Rheumatismi veri ad instar tractares, omnia in pejus ruerent; quoniam singuli eorum diversam medendi methodum sibi vendicant. Sed omnia, quae contra hasce morborum divulsiones proferre possumus, perlongum enarrare foret. Si omnes Rheumatismi species nothae ad propria genera reducantur, Rheumatismus Acutus et Chronicus tantum restabunt, in quos is aptissimè dividi queat; qui variis nominibus, pro variis corporis partibus quibus inhaerent, gaudent.

### MORBI SYMPTOMATA.

HICCE morbus, ut plurimum, grassari compertus est mensibus Martii ( $\nu$ ) et Aprilis, vel Octobris ( $\nu$ ) et Novembris; sed quovis anni tempore accidere potest, quando insignes aëris ex frigore in calorem, vel ex calore in frigus, mutationes subitae

( $\mu$ ) Nosol. Med. p. 24.

( $\nu$ ) Vid. the Works of Clifton Wintringham, vol. ii. p. 239. 241, 4, 6.

( $\xi$ ) Störck Annus secundus, p. 112.

subitae contingant ; aut ubi aër est frigidus, humidus, vel ( $\xi$ ) nebulosus.

INCIPIT lassitudine ( $\theta$ ) et gravitate circa artus: non ultra auferunt quandoque haec symptomata ; sed per lenem lecti teporem et diaphoresin proximo mane difflantur. Si vero morbus vehementius percusserit corpus, aegrotus de refrigeratione partium externarum conqueritur ; horror et sensus frigoris aliquando per spinam dorsii, vel ( $\pi$ ) per integrum corpus, sentitur. Tum febris initium facit cum aestu circa praecordia, calore, inquietudine, siti, et anxietate ; pulsus velox, plenus, durus evadit : spirandi difficultas his accedit ; appetitus minuitur ; lingua plerumque media parte crassa subalbida obducitur ; alvus pertinaciter clausa est ; urina crassa ( $\rho$ ), jumentosa. Elapso ( $\sigma$ ) uno alterove die, vel paucis horis, immo ab initio aliquoties, dolores circa articulorum juncturas sentiuntur, qui, ut plurimum, carpos et genua tentant ; postea tumore inflammatorio articuli afficiuntur, cum rubore et tensione ; aliquando nulli tumores adsunt. “ Plurimos aegros,” inquit Cel. STÖRCK, “ vidi, valida febre Rheumatica laborantes, et nullus ta-

B

men

( $\theta$ ) Hoffman. Opera Omnia, vol. i. p. 318.

( $\pi$ ) Störck Annus secundus. ( $\rho$ ) Ibid.

( $\sigma$ ) Sydenham. Opera Omnia, p. 272.

men tumor circa articulos aut alias partes observatus est, licet dolores fuerint et magni ( $\tau$ ).” Partes, ut plurimum, circa articulos, adeo rigidae deveniunt, ut ob dolorem atrocem minime moveri vel tangi se patiantur. Dolores noctu et lecti tepore ingravescent, adeo ut noctes fere semper inquietae sunt. Sanguis in morbi initio quibusdam detractus, vel febre ineunte, crassa flava tenacissima obducitur. Seri ratio ad insulam habita in diversis morbi temporibus discrepat; sed aliquando id crassum observatur, et virgula elevata ( $\nu$ ) fila egisse.

NONNULLI spontaneos in sudores ( $\phi$ ) ab initio incidunt: aliquando tamen sine symptomatum remissione. Febris ad 7, 14, 20, 40, diem et diutius aliquando protrahitur; perraro autem ante quartum vel septimum diem aegri levamen ( $\chi$ ) percipiunt: deinde sensim remittunt dolor et tensio. Sed plagae doloribus affectae, diutius tumidae: et, post detumuerint, rigidiusculae manent. Partes adeo tenerae sunt, ut aëri expositae citissime recidivum morbum patiantur, iterumque dolores cum tensione revocentur. Morbum, urinâ sedimentum farinaceum habente, vel

( $\tau$ ) Störck, Annus secund. p. 117. ( $\nu$ ) Ibid. p. 115.

( $\phi$ ) Nosolog. Method. vol. iv. p. 22.

( $\chi$ ) Störck, Annus secund. p. 116.

vel sudoribus, vel diarrhoeâ, solvit Natura; vel Ars, sanguinis missione.

TALI modo, ut plurimum, febris suum cursum percurrit. Sed aliquando dolores adeo atroces fiunt, ut delirium, subsultus tendinum, diramque aliorum malorum catervam producant, quae febrem in corpore valido ingentem comitari solent. Ægros observavi ultra viginti dies desipuisse, doloribus tumoribusque circa juncturas perdurantibus. Aliquando omnes articulos adeo morbus occupat, ut integrum corpus dolore et tumore affici videatur; et minimo etiam tactu tantus excitetur dolor, ut miseri clamorem inhibere (↓) non possint: et hominem novi, nocte bene se habentem, proximo autem mane expergefactum, cujus corpus totum rigescebat et dolebat, adeo ut ne vel minimum se movere potuerit; illius artus, si manu admota vel levissime eos tetigeris, dolore acuto afficiebantur, et statim convellebantur. Aliquoties ab remissione febris, confluxiones in unam partem (ω) fiunt; et, apertura in hac facta, magna vis tenacis liquoris instar gelatinae erumpens, et per longum tempus exstillans, observatur. Talis etiam materies in cadaveribus saepe circa juncturas reperitur. Sed,  
ut

(↓) Ballonius, vol. iv. p. 315.

(ω) Störck, Annus Med. secundus, p. 129.



ut plurimum, si febris cessarit, et dolores tumoresque circa articulos non cito evanuerint, sed torpor et rigiditas supervenerit, tunc in Rheumatismum chronicum delabitur morbus.

HISTORIA Rheumatismi Acuti peractâ, ad Diagnosin perveniamus.

### D I A G N O S I S.

NULLA medicinae pars plus summum ingenium Medici et peritiam recludit, quam morborum dignotio: cum plurimis attamen premitur difficultatibus; quoniam quot quantique sint homines quibus morbi accedunt, tot tantaeque larvae quibus hi teguntur. Sed in memoria semper teneamus dicta poëtae, “ Quod nihil est tam difficile quin quaerendo investigari possiet ( $\alpha$ ).” Omni itaque diligentia causae et symptomata sigillatim sunt perscrutanda et consideranda, ne, inter tot tantisque diversas formas quas morbi faepissime prae se ferunt, hallucinemur.

MAXIME quidem exoptandum foret, symptomata quaedam singulis in morbis semper in conspectum venire, per quae unus morbus omnibus ab aliis facile dignosci quiverit. Hujusmodi perpauci: plerique, ex symptomatum syndrome; nonnulli,

( $\alpha$ ) Ter. Heauton. Act iv. 2. 8.

nonnulli, non ex his solis, sed ex causis iis conjunctis, dijudicari possunt. Recte quidem dicit GAUBIUS, “Quod si vetus Empiricorum Schola in his solis male acquievit, magis etiam culpandi sunt recentiores, qui, causis remotis insuper habitis, proximae tantum scrutinio sese addicunt. Haec tamen saepe inaccessa est, nisi evidentiores remotae praeluxerint ( $\beta$ ).”

INTER morbos qui non infrequenter personam Rheumatismi gerunt, et cum quibus is saepissimè confunditur, Podagra, Scorbutus, Lues Venerea, Lumbago Haemorrhoidalis, praecipui sunt.

Ex iis, Arthritis meritò primum considerari debet; cum hac enim, prae omnibus aliis morbis, saepius Rheumatismus falsò annumeratur.

ARTHRITIS autem aetate, sexu, temperie, causis, sede morbi, symptomatibus, a Rheumatismo discrepat. Prior est morbus gentilitius; posterior minime. Arthritis adultos ( $\gamma$ ), senes; Rheumatismus juvenes, corripit. Ille viros frequentius quam mulieres; et has solum ferè circa tempus ubi menses desinere incipiunt: hic mulieres pariter hominesque laceffit. Attamen hae generales notae quandoque fallaces sunt; quoniam pue-  
ros,

( $\beta$ ) Pathologia, p. 32.

( $\gamma$ ) Aetas autem huic morbo subjecta, est a quinque annis super triginta, celerius quoque aut tardius ex cujusque natura aut ratione vivendi. Aretaeus, p. 67.

ros, (d), immo et puellam (e) sedecim annorum, vera Podagra laborasse, ex gravi auctoritate compertum habemus. Sed hoc nunquam nisi ex la-be gentilitia contingit. Arthritidi, magni, cras-si, quique otiosam (?), post consuetae exercitati-onis intermissionem, vitam degunt, opulenti et divites, saepius obnoxii sunt; parvi, graciles (n), macilenti, pauperesque, rarius: Rheumatismus exercitatos pauperesque, labore victum quaeritan-tes, frequenter occupat. Sed hae etiam regulae ge-nerales sunt fallaces, si podagrica diathesis interfit.

Ex causis fortassè magis elucescet morborum distinctio. A causis externis, nempe humidita-te et frigore, plerumque inducitur Rheumatif-mus: altera ex parte, ab internis saepius produ-citur Arthritis; uti a diuturna tristitia et animi angore, a cura et sollicitudine intensa; at a ve-herentiore animi commotione et ira infertur defubito paroxysmus; iisque frequentius, qui Baccho (s), Veneri, gulae, nimium indulgere, contingit. Ex profunda etiam lucubratione, ab  
intermissione

(d) Morgagni de sedibus et causis morbor. lib. ii. epist. lvii. § 4.

(e) Praelect. Clin. Doctor. Cullen.

(?) Sydenham. Opera Omnia. de Podagra, p. 545.

(n) Junker Conspect. Med.

(s) Utque Venus onerat vires, sic copia vini  
Et tentat gressus, debilitatque pedes.

intermissione fluxuum sanguinis consuetorum, Haemorrhoidum et Mensium, saepe oritur.

LUXATIONES autem utrique occasionem praebere possunt; sed Arthritidem, nisi in corpore laebe ista infecto, nunquam excitare valent.

DIAGNOSIS magis exquisita utriusque morbi ex symptomatibus Podagram praecedentibus desumitur. Rheumatismus desubito in hominem insilit: in Arthritide, per aliquot dies ante accessum, dolores spasmodici per articulos discurrunt; aegritudo atque somnolentia aegrum molestat; et aliquando, e contrario, noctes sunt inquietae; adest ventriculi cruditas atque aepsia, intumescencia quasi ventosa et gravitas, cum borborygmis. Haec indies augmentur, donec detonet paroxysmus; appetitus voracitas seu prostratio pridie paroxysmi. Aliquando, ante accessionem, major ad venerem (i) est proclivitas (x); sensus hebetiores, sunt, dum

(i) Van Swiet. vol. iv. p. 305.

(x) Cum antecedentia modo memorata plenius descripserat Celeb. Van Swiet. sequentem observationem addit: Sed aliquando nihil horum praecesserunt, et prima tamen invasio nil minus opinantes occupat; sic ut saepius viderim sanos lectum ingressos media nocte evigilasse prae dolore: immo his diebus vidi robustum et in flore aetatis constitutum hominem, dum ex curru descendebat, momento temporis immanem dolorem sensisse,

dum instat paroxysmus; sub finem, acriore ingenio pollent.

IN utroque morbo, dolores aliquoties sunt mobiles; sed in Arthritide, articulos integrè relinquunt; et viscera diris symptomatibus, pulmones asthmate, intestina torminibus, ventriculum nausea et vomitu, excruciant: in Rheumatismo, ab uno articulo ad alterum serpunt, et ruborem ( $\lambda$ ) ac tensionem post se relinquunt. In doloribus quod ad situm, et in tumoribus quod ad conspectum, morbus uterque convenire videtur. Attamen in Arthritide, dolor magis profundus quam in Rheumatismo esse reperitur. Alteruter quidem juncturas occupat: Arthritis autem plerumque has solas; dum Rheumatismus interea per tendinum musculorumque integumenta decurrit. Ille certis periodis atque temporibus revertitur; hic non ita.

Ex supra dictis patebit, cur in definitione nostra diximus, quod Rheumatismus “ non *alteras corporis partes per CONSORTIUM afficit, neque ex LABE GENTILITIA procedit.*

## SCORBUTUS

fisse, unde firmiter credebat distortionem vel subluxationem pollicis pedis causam doloris esse. Ast eventus docuit veram Podagram fuisse; nam post paucos dies sensim evanuit dolor, nullo relicto sui vestigio, et post annum rediit. Ibid. vol. iv. p. 288. ( $\lambda$ ) Syden. p. 272.

SCORBUTUS proxime nostram attentionem deposcit; quem respiciunt quamplurimi, ut ( $\mu$ ) causam Rheumatismi, et cum quo hic saepe commiscetur.

UTRIQUE causas occasionales praebent frigus atque humiditas; ut tempestas frigida, nebulosa; decubitus humidis in lodicibus, &c. Praeterea, hyeme quam aestate, frequentior uterque; et his in regionibus septentrionalibus, magis quam meridionalibus, grassatur: sed in his discrepat uterque, quoniam nullus aëris status aut mutatio, si non adfit diaeta animalis putrescens, atque si desit olerum penuria, Scorbutum producere valet ( $\nu$ ). Utrique ad articulos adsunt dolores, noctu in- gravescentes. Hi dolores, utcunque similes Rheumatismo sunt, a causis tamen praegressis, vel a symptomatis in lucem prodeuntibus, distingui queunt. Nam in Scorbuto dolor nisi in proVectiore stadio sedem non figit; et tum plerumque ad dorsum, vel ad latus, pleuritidem ( $\xi$ ) aemulans. Aliquando tendinum contractio, et circa genuum articulos debilitatio, in principio sentiuntur.

SED sequentia ubique Scorbutum denotant, quae ab initio eum comitantur, vel ejus accessum innuunt; scilicet, torpor insolitus, et lassitudo spon-  
 C tanca;

( $\mu$ ) Hoffman. Hume, p. 165. et alii.

( $\nu$ ) Lind on the scurvey, p. 124.

( $\xi$ ) Ibid. p. 158.

tanea ; facies pallida, inflata ; vascula, in palpebrarum labiorumque parte interiori, subviridi tincta colore conspiciuntur. Pathognomonica vero sunt, gingivae turgidae, ad tactum minimum sanguinem evomentes ; in morbi progressu, putridae laxaeque deveniunt :

*Spiritus ore foras tetrumque exhalat odorem :* maculae subcaeruleae, lividae, fugillationis a contusione ad instar, integrum corpus aliquando, sed plerumque inferiores artus, dehonestant. Alia sunt symptomata quamplurima, quae proferre supervacaneum foret. Quando radices malum egerit altiores, tam immaniter furit, et adeo est conspicua morbi indoles, ut neminem fallere queat.

DOLORIBUS etiam aliquando Luem Veneream comitantibus, nomen Rheumaticorum ineptè saepe auctores imposuerunt : sicut autem dolores isti haud infrequenter similitudinem Rheumatismi prae se ferunt, differentias eorum indicare haud alienum foret.

Ex causis imprimis dignoscerentur, si eas resciscere valeremus ; sed, ob aegrorum taciturnitatem vel pudorem, earum cognitionem semper attingere nequimus : licet vero causam illi celaverint, et signa silentio transiverint praeterita, plerumque tamen et alia symptomata, Lue Venereae propria, adsunt ; nempe, fici circa anum, ulcera in faucibus, pustulae crustaceae circa capilitii marginem,

ginem, observantur. Sed ex doloribus ipsis, morbos hosce tentabimus dijudicare.

IN Lue Venerea, medios artus, inter ossium extrema, dolores occupant; vagi sunt, et intervallis superveniunt imparibus; aegros, tempore nocturno, lecti fotu tepescentes, usque ad galli (o) cantum, misere cruciant; tumque ferociam remittunt. In Rheumatismo, integumenta, uti antea diximus, tendinum muscutorumque circa juncturas doloribus afficiuntur: sed, morbo uno alteri superveniente, diagnosis difficilior redditur; tum dolores medias artuum atque extrema percurrunt. Attamen hic quoque notae quaedam, utrique peculiare, observandae. In Lue, dolor magis volaticus, profundus, durissimas ossium partes laceffit: dolores etiam in Rheumatismo sunt volatici; sed articulatim serpunt, nunquam ossium medias transfodiunt, et magis externi semper percipiuntur.

EXINDE patebit ratio cur, in nostra definitione, *Rheumatismum ab ACRIMONIA nulla singulari* diximus *oriri*; sed, altera ex parte, Dolorem in Lue Venerea et Scorbuto, vel a CONTAGIO immisso, vel ab ACRI intus procreato.

DOLORES adhuc alii ad Rheumatismi classem saepe referuntur, qui, nostra sententia, indole penitus ab illo discrepant: itaque, in definitione  
sequitur;

(o) Sydenham.



sequitur; *Nulla ad HAEMORRHAGIAM proclivitate.*

SYMPTOMATA ex impeditis sanguinis excretionibus orta, sunt tam varia et anomala, ut, nisi causis cognitis unde oriuntur, vel effectibus antea expertis, ad unum vel alterum morbum parum certè referri possint. Qui enim evacuationibus sanguinis, vel naturalibus vel ex arte institutis, ante largiter adfueti fuerint, jam autem illas sive suppressas sive omissas negligunt, ii dolores pungentes et lancinantes circa vicinas regiones sentiunt, in quibus impetum sanguinis dirigit Natura ( $\pi$ ). Si per uterum in foeminis, vel per vasa haemorrhoidalia in alterutro sexu, expectetur sanguinis eruptio, dolores circa lumbos et dorsum; et, si ex naribus, capitis dolores Rheumatismum aemulantes, sentiuntur: nec modo in locis vicinis, sed quoque in aliis corporis partibus, dolores, Rheumatismi speciem prae se ferentes, oriuntur. Mihi contigit foeminam delicatulam vidisse, quae, propter soliti fluxus haemorrhoidum obstructionem, circa humerorum, cubitorum, carporumque juncturas, doloribus adeo misere vexata fuit, ut vix se prohiberet quin faepissime exclamaret; cessavere autem hi omnes dolores, et reliqua incommoda, quamprimum solita haemorrhagia successerat. In vero Rheumatismo

( $\pi$ ) Junker conspectus medicin. p 25.

matifmo autem aliter sese res habet; quanquam enim sanguinis excretiones recte proveniunt, dolores tamen non mitigantur. Utcunque hi effectus inter se conveniunt, certe pro diversis habere debent, et diversam omnino medendi methodum exposcunt. Causis et effectibus horum morborum rite perpensis, haud male inferri potest, quod hi dolores admodum naturâ inter se discrepant, nec recte sub eodem nomine veniunt.

Ex symptomatibus in Arthritide, Scorbuto, &c. observatis, inter se et cum Rheumatismi historia comparatis, cuiquam in re medica versato patebit, quod musculorum dolores, et *in artubus* potissimum, sola *diuturnitate* nequaquam dignosci possunt: sed omnes auctorum hallucinationes, qui hunc morbum circumscripserunt, aliisque morbis implicuerunt, sigillatim refellere, nimium olei temporisque consumeret, limitesque hujusmodi tentaminis excederet.

### CAUSAE REMOTAE.

**RHEUMATISMI** Causae remotae quamplurimae admodum et diversae apud auctores recensentur: et non mirum, si turbam morborum spectemus cui nomen Rheumatismi dederunt! Sed, his morbis ad suas classes restitutis, causae, quae morbum reapsè excitant, in molem minorem reducentur; has vero tantum adducemus.

CAUSA

• CAUSA Praedisponens ea vocari potest, quae corpus magis sensibile frigoris actioni reddit. Frigus corpori tali conditione constituto applicatum, pro Causa sola Occasionalis spectandum est, sine qua morbus nunquam suum caput extulisset.

RHEUMATISMUS per omnes graffatur: sed homines quos frequentius tentat, sunt vel vegeti, aetate florentes, et plethorici, qui ob sensilitatem, vel convalescentes, qui ob debilitatem, ab hisce causis occasionalibus magis afficiuntur.

NON ab re foret, breviter indicare, quomodo frigus hunc morbum, et quibus praesertim conditionibus, inducere valeat: hae autem conditiones respiciunt vel frigus applicatum, vel corpus cui applicatur. Corpus humanum in aëre seipso frigidiore semper fere vivit: vel si etiam aerae frigidiori pedetentim exponeretur, mirabili frigoris gradui assuescere posset; quoniam frigus stimuli vicem gerit, quo systema vasculosum in crebriores contractiones incitatur, et corpus compactum, firmum, ac agile redditur. Sic, si aliquis in balneum frigidum se praecipitem dat, et citissime emergit, constrictio in summam corporis ab aquâ inducta majorem sanguinis copiam ad interiores corporis partes statim repellit; quâ cor, in contractiones frequentiores incitatum, sanguinis circuitum iterum ad exteriora intendit; unde constrictio removebitur, et corpus incalescet et vigebit.

ROBUSTI,

ROBUSTI, quoties corpora laboribus vehementioribus exercent, sanguinis celeritatem, corporis calorem, intendunt; eorum vasa ultra naturalem diametrum distenduntur atque turgescunt. Sed quo fervidius, eo sensilior corpus actioni frigoris devenit. Itaque, si talia incautè frigidiori aerae corpora exponantur, vasa, sanguine distenta, calida et magis sensilia, validè constringentur, et eorum artus occupat Rheumatismus.

HOMINES etiam a diuturno morbo convalescentes, corpora sua sensiliora aëris mutationibus habent: et reverà, a minori frigoris gradu, multo citius male afficiuntur, quam illi qui mediocri sanitate gaudent; quapropter patet ratio, cur tales prae caeteris hoc morbo plectantur.

PRAETEREA, si quis subito corpus, antea calefactum, majori frigori exponat, quam quo versari solitum est; uti si aliquis, ex cubiculo tepido confestim se rapiens, aquiloni corpus exponat; morbum procul dubio experiret.

SED multo citius et fortius agit, si, fluminis ad instar, frigidus aër corpus concuteret: uti alicui tepido in cubiculo sedenti, corpore calore facto sensibiliore, si frigidi aëris aura in quandam corporis partem, ex ostii vel fenestrae rima, dirigatur, pars illa, quae ictum aëris acceperat, magis afficietur; et mirum equidem foret, si Rheumatismo non corripereetur. Quoniam vapor tepidus,  
nostris

nostris e corporibus exhalans, et quo, ad modum atmosphaerae, circumfundimur, ab aëre stagnante, tranquillo, et frigidiore, non tam cito penetratur, quam a vento frigidiusculo, quo vapor subito difflatur, et frigus continenter corpori applicatur.

FRIGUS etiam, corpori tali modo admotum, ut unam modo partem afficiat, morbum inducit. Sic, si quis temerè nudum pectus, vel articulum, vel ullam aliam partem, tegi consuetam, frigori objiceret, longe citius, quam si integrum corpus exposuerit, morbo plecteretur.

FRIGUS vim majorem agendi acquirit, si humiditati conjungitur; corpora enim, sub exhalationis statu, frigus producunt intensum. Iis igitur frequentius contingit Rheumatismus, qui uvidum induunt indusium, quo frigus perpetuo generatur, cutique applicatur; et illis etiam qui lacte viridia in gramina deponunt membra, mollesque sub arbore carpunt somnos: unde ruricolis incautis, militibusque, non raro insilit.

#### C A U S A P R O X I M A.

HISTORIA et Causis remotis bene pensitatis, Causam hujus morbi proximam, intensiorem Sanguinis Impetum in Vasa obstructa, esse liquebit. Obstructio ab aucta vasorum contractione propria oritur; quae cum forte spasmodica sit, do-  
lorem

lorem infert; et proinde systema vasculosum in crebriores contractiones excitat, impetumque sanguinis in has plagas intendit: cum vero hic impetus, vasa dilatando, dolorem priorem et stimulum adauget, morbus, partim a spasmo primario, partim a dolore in distentis vasis excitato, producitur. Dolor, tumor, et tensio partis affectae, et febris ab his orta, Rheumatismum ex genere morborum inflammatorio esse commonstrant. Sed, dum phlegmon in membrana adiposa, suppurationi apta, sedem figit, Rheumatismi inflammatio in arteriis membranarum ligamentorum, tendinum, muscutorumque, suppurationi non idonearum, collocatur (p).

## D PLURIMI

(p) Doctissimus Haller dolorem sedem in ipsa cute vel nervis subcutaneis collocat; quoniam ligamenta, capsulas glandulasque Harvesianas, omni sensu carere asseruit, et nervis destitui. Sed eam in cute non haerere comprobatur, quia aegri saepissime facile tactum ferre possunt: et ligamenta non omnino nervis destitui certum est; quum Celeb. noster Professor, Monro Jun. nervos, ligamenta rotunda carpi et genu intrantes, saepe nobis monstravit. Porro, quamquam haec ligamenta non tam acuto sensu, in sano corpore, quam quaedam aliae corporis partes, praedita sunt; nihilominus, ubi liquor sub eorum membranis cumulat, aut ubi inflammatione afficiuntur, vel morbo relaxantur, sensu exquisitissimo fruuntur: ut  
cuiquam

PLURIMI auctores, proximam hujus morbi causam in materie viscida et gelatinosa, quae partes et vascula juxta posita acredine sua vellicat, contineri, et sic febrem doloremque excitari, putant: hi dogmata sua, primo, ex inspectione sanguinis, pellicula inflammatoria obducti, et magna feri

cuipiam consideranti apparebit, quot mala ex fungo articularum defluant, ubi miseri doloribus acutissimis adeo excruciantur, ut neque se movere, neque dormire, possint.

Non alienum mihi videtur, hic opinionem Doctoris Limbourg, de Rheumatismi sede, adnotare. Ponit, materiem Rheumatismi et Arthritidis in duobus diversis vasorum systematibus contineri; dicens, “L’acrité Rheumatique est plus grossiere que l’Arthritique; et qu’elle agit dans plus de vaisseaux, et surtout en ceux d’un plus gros calibre que ceux, sur les quelles agit la matiere goutteuse, qui n’agit point sur les vaisseaux sanguine directement: d’ou l’on voit que le Rheumatism est plus facile a guerir que la Goutte; parcequ’il a son siege dans les vaisseaux plus faciles à pénétrer.” Tum ille dicit, “Si la matiere de l’une pénétre le siege de l’autre, comme si l’humeur goutteux agit notablement sur les chairs, c’est un Rheumatism anomale, qu’on nomme Rheumatism goutteux, c’est à dire, dependant de Goutte; si la matiere Rheumatique force les parties les plus intimes des jointures, et s’y fixe principalement, elle fait une Goutte Rheumatique.” *Dissertation sur les douleurs vagues, p. 31.*

feri copia abundantis; secundo, e materia gelatinosa circa juncturas inventa, stabilire conantur.

I. HYPOTHESIS, ex pelliculae inflammatoriae praesentia desumpta, est admodum fallax; quoniam haec pellicula per cursum morbi semper non adest: porro, quamvis adsit, nihil alienum a sanguinis natura habet; sed secessio ejus, post detractionem, vel detrahendi modum, ex multis circumstantiis pendet. Praeterea nil in Rheumatismo peculiare habet; quippe quae aliis in morbis inflammatoriis invenitur: quinetiam, in aliis majoribus obstructionibus, nempe ex vinculo in brachium injecto, vel in gravidarum, immo et fanissimorum ( $\sigma$ ) sanguine, haec pellicula saepe reperitur. Denique sanguis in hujus morbi principio detractus, ut plurimum, neque crustam inflammatoriam, neque majorem feri copiam quam in sanguine fanissimo, manifestat. Haud igitur quatenus causa, sed morbi epegenomenon, haec spectari debet.

2. MATERIES gelatinosa circa articulos reperta rem minimè probabit; quoniam haec materies, nisi post febrem excitatam, vel nisi morbus  
diu

( $\sigma$ ) Ab expertis viris certius accepi, Inter illos qui sanitatis solum tuendae causa sanguinem mittunt, in sanguine eorum qui recta sunt valetudine, et qui diu postea valere perstiterunt, crustam illam saepius apparere, Dissert. Inaugural. ingenios. Dr. Butt. p. 35.



diu perduraverit, nunquam invenitur: uti ex historiis Celeber. MORGAGNI, STÖRCK, et LIEUTAUD, comprobatur.

CAUSA hujus morbi datâ, haud erit difficile rationem symptomatum dare: sed, omnia sigillatim exponere, nos in subtilia induceret, et limites hujus Tractatuli nimis extenderet.

### P R O G N O S I S.

PRAESAGIA hoc in morbo ex tribus conditionibus sequentibus desumi possunt.

Imo, *Ex vehementia symptomatum.*] Quo leniores sunt dolores, et quo mitior ab his orta febris, eo facilius morbus curatur. Topicus ( $\tau$ ) minus discriminis habet; sed universalis pertinacior: diuturnior etiam, si ad Ischium ( $\nu$ ), quam si ad alias partes, sedem collocat. Febre profligata, si aeger aerae frigidiori se exponeret, citissimè ( $\phi$ ) recidivam pateretur; at recidiva aliis difficiliùs curatur. Qui semel morbum perpeffus est ( $\chi$ ), prae caeteris, insultibus ejus opportunior. Quo magis intenditur febris, eo periculiosior. Tumoribus subito detumentibus, febre  
adhuc

( $\tau$ ) Lieutaud *Precis de la Médecine pratique*, p. 123

( $\nu$ ) Boerhaavii *Praxis Medica*.

( $\phi$ ) Störck, *Annus Med. secund.* p. 114.

( $\chi$ ) *Monro's Diseases of the Army*, p. 150.

adhuc vigenti, res in angustia. Quamdiu in externis corporis partibus dolores (↓) versantur, et febris non admodum urget, tandiu aeger in nulum vitae periculum incidit; sed, quando adeo atroces fiunt, ut febris ingens accendatur, quae cerebrum delirio, pulmones dyspnoea, corripit, tum prognosis admodum infauſta evadit. Febris per diarrhoeam, per urinam crassam ac copiosam, per sudorem integrum corpus occupantem, solvitur. Tumore, dolore, et febre, subito remittentibus, ubi morbus integrum corpus occupaverit, lymphae gelatinosae (ω), vel ad scapulas, vel ad humeros, vel ad alias corporis partes, confluxione solvitur.

2do, *Ex subjectis morbisve quibus supervenit.*] Quo morbi sunt simpliciores, eo faciliores curantur. Itaque, si Arthritidi, Scorbuto, &c. Rheumatismus conjungitur, difficilior redditur medela. Morbus, in senescentibus quam in junioribus, in debilitatis quam in vegetis, citius in chronicum delabitur.

3tio, *Ex Morbi duratione.*] Vetus est dictum, a tempore HIPPOCRATIS ad hunc usque diem traditum, quod morbi recentes diuturnis citius fugantur. Si Rheumatismus in principio ritè tractatur, omni periculo vacat, et cito sanatur; si imperitè,

(↓) Hoffman. Opera Omnia, vol. i. p. 320.

(ω) Störck. p. 115.

peritè, in chronicum delabitur : et, si per menses aliquot duraverit, difficillime curatur ; quoniam plerumque torporem, contractionem et immobilitatem, artubus quibus affigitur, conciliat ; unde aeger infelix omni motu privatur. Rheumatismus sese in Arthritidem nunquam mutat : nunquam in suppurationem abit.

### R A T I O M E D E N D I .

POST diagnofin et prognofin peractas, methodus medendi nunc folum perpendenda reftat.

RHEUMATISMUS Acutus, morbus eft inflammatorius, uti antea probavimus ; itaque Indicationes fequentes inftituendae funt :

1mo, *Sanguinis impetum minnere.*

2do, *Obstructiones tollere.*

3tio, *Vires refocillare.*

I. PRIMAE Indicationi methodi diverfae inferviunt, quae variari debent, prout morbus in fuis infultibus difcrepat. Una methodus, quando morbus recens ac mitis eft, usurpari debet : altera, fi univerfalis eft, et porro fi ex pluribus partibus dolore affectis oritur : tertia, fi fingulari folummodo parti fedem affixerit.

Ex morbi hiftoria patet, quod aliquando adeo mitis evadit, ut leni lecti tepore, blandis diaphoreticis,

reticis, et diluentibus, proximo mane fugatur. Quandocunque igitur talis occurrit, venae sectionem instituire haud opus erit. Quando autem febris a doloribus excitata vehemens est, et corpus admodum exagitat, sanguinem ex brachio mittere, voto optime respondebit: nullum enim remedium novimus, quo fluidi arterialis venosique copia, et exinde impetus, celerius et certius minui potuerit.

Hic adnotare haud supervacaneum esset, quod haec operatio cum omnibus hisce circumstantiis perfici debeat, quae ad subitanam vasorum relaxationem conducunt. Aegrum itaque lectum petere decet; et tali modo se reclinare, ut artus musculosque doloribus affectos movere non cogatur: tum venam in brachio, vel in utroque fortasse, melius fuerit tundere, et sanguinem pleno rivo, patulis ex orificiis, detrahere. Febris intensitas et aegri vires copiam sanguinis, una vice detrahendam, metiri debent.

Quamdiu autem, quotiesque, venae sectionem repetere oporteat, diversae inter auctores sunt sententiae. RIVERIUS ( $\alpha$ ) monuit, phlebotomiam saepius iterandam esse: et, “Singulis igitur diebus,” ait, “sanguis est detrahendus, donec morbus remiserit, et dolores imminuti fuerint; nec refert,

( $\alpha$ ) Opera Omnia, p. 420.

refert, si per decem, vel duodecim, aut etiam plures dies, sanguis detrahatur; quandoquidem is morbus hoc habet peculiare, ut ex frequenti venae sectione vires non dejiciantur, sicut in aliis morbis solet contingere." Sagax ille morborum Indagator, SYDENHAMUS ( $\beta$ ), venae sectionem alternis diebus, ad quatuor vices, prout aegri vires, aetas, constitutio, aliaeque circumstantiae, suadent monentque, repetivit. Cl. PRINGLE ( $\gamma$ ) phlebotomiam, si dolores acuti, et tumores circa articulos fuerint, usque ad remissionem dolorum, instituit. Celeb. autem LIEUTAUD ( $\delta$ ), ad septimum morbi diem: at, post eum, venae sectionem cum fructu celebrari posse negat. In his vero regionibus, perraro ante septimum febris remittit; et praeterea, in doloribus hujusmodi, gradui febris, non dierum numero, praxin accommodare oportet.

Hic adnotare liceat, quod aliquoties contingit, ut, post has largas evacuationes, aegrorum vires admodum debilitentur, et, quamvis febris removeatur, ipsi tamen, post longum tempus, immo per integram vitam, pristinam sanitatem non recuperent. Itaque, si, post unam vel alteram venae

( $\beta$ ) Sydenham. Opera Omnia, p. 274.

( $\gamma$ ) Pringle's Diseases of the Army, p. 163.

( $\delta$ ) Lieutaud Precis de la Medicine pratique, p. 124.

nae sectionem, tumores et dolores circa articulos non minuantur, et pulsus non fiat liberior, melius erit plerumque venae sectiones topicas in partibus affectis instituere: his enim, ab expertis viris compertum est, vires nunquam dejici, sed cito dolores et sanguinis impetum minui.

PRAETEREA, si febris non vehemens, et originem ab irritamine in una singulari corporis parte duxerit; aut si aeger fuerit delicatulus, aut a diuturno convalescens morbo, quo admodum debilitatus fuerit, quando Rheumatismo plectebatur; tunc venae sectio topica huic intentioni optime respondebit.

CUCURBITULAS, quando eas applicare valeamus, hirudinibus praeponerem; quoniam majorem sanguinis copiam, in breviori temporis spatio, illis quam his detrahare possumus: et, a subitanea vasculorum inflatorum depletione, irritatio citius removebitur, quam si venae sectio institueretur, quâ solum generalis vasculosi systematis depletio fit, et quae diu aliquando repeti debet, priusquam hanc metam attingere possit.

HUIC etiam intentioni, post venae sectionem, Cathartica antiphlogistica in usum veniunt, quae systema minime stimulant: talia sunt, sales neutri, cassiae et tamarindorum pulpae, quae alvum leniter solvunt. Enemata laxantia, quoniam al-

vus plerumque pertinaciter constricta est, quotidie injici debent.

REFRIGERANTIA, uti haustus salini; diluentia cum nitro; aqua hordeata, &c. Pro potu communi, ferum lactis merum, vel aceto, vel succo citri, vel limoniorum acidulatum, cujus copiose bibat aeger; si quaevis autem horum sibi ingrata fuerint, bibat cerevisiam tenuem, vel succum e pomis expressum, sed aquâ dilutum. Spirituosa et cardiaca omnino evitari debent.

DIÆTA debet esse tenuis, ex vegetabilium (ε) regno desumpta. “Carnibus,” inquit SYDENHAMUS (ζ), “prorsus interdico; quin et earum jusculo, quantumlibet tenui limpidoque.”

PRAETEREA curandum est, ne aeger in nimis calido frigidove, sed temperato ad gradum circiter 60 thermometri FARENHEITIANI, cubiculo decumbat: quoniam calor supra hunc gradum, impetum sanguinis adaugeret; et infra, spasmus confirmaret.

IMPETU autem sanguinis minuto, ad secundam Indicationem perveniamus.

II. *Obstructiones tollere.*] Hic iterum venae sectio, et generalis et topica, usurpari potest.

SUDORIFERA etiam huic intentioni inserviunt, et, postquam impetus sanguinis minuitur, maxime profunt.

(ε) Pringle.

(ζ) Sydenh. opera omnia, p. 274.

profunt. Auctores quamplurimi haec omnibus caeteris remediis anteponunt; et optimo jure, quando probè ac caute usurpantur. Hoc indicat Natura, quando in sudores sponte vergit. Sed, si, invitâ Naturâ, sudores evocare conemur, priusquam hoc attingere queamus, tanto in calore versari debet aeger, ut systema admodum irriteretur, et febris ingravescat.

MEDICAMENTA huic usui inservientia quamplurima sunt; inter quae, decoctum bardanae, farsaparillae, saffrae, graminis, fenecae praesertim, ad praescriptum Pharm. Paup. Edin. confectum, remedium erit efficacissimum. Julapium salinum cum nitro (n), vel cum diluentium liquorum copia, admodum proficuum est. Sales volatiles, spiritus mindereri, cum minutis portionibus *caulis Mithridati frequenter repetitis, saepius cum fructu exhibentur.* ~~caulis~~

(n) DR. Brocklesby dicit: "I am assured from numberless instances, that in stout young men, by taking six hundred grains daily, for four or five days successively, and diluting plentifully, plain Nitre proves the most powerful and best sudorific, in such complaints, that I have ever tried; and this quantity, and even more, may be retained in the stomach, and pass through the course of the circulation, by only diluting properly with thin beverages of water gruel, or sage tea. Such quantities, in three or four days, seldom failed wonderfully to relieve the patient, and very often to cure him entirely, by the most plentiful and profuse sweats. *Vide Observations on military diseases, a p. 116. ad p. 124.* Haec autem methodus



ANTIMONIALIA etiam, quae mira antispasmodica virtute pollent, aptissime in hunc usum laudantur; et in hoc morbo efficacissime adhibentur. Plurimae sunt praeparationes, quae in praxi quotidiana prostant, a diversis medicis decantatae. Praecipuae sunt, vinum emeticum, tartarus emeticus, butyrum (†) antimonii, pulvis DOCTORIS JAMES, vel pulvis antifebrilis, in Nosocomio Edinensi usurpatus, nulli secundus. Sed, huic remedio, idem incommodum, sicut omnibus aliis antimonii praeparationibus, nisi acido conjunctis, accidit; nempe quod de earum virtute non semper certi sumus.

IN omnibus hujusmodi classis medicaminibus, minutas tantum portiunculas ab initio exhibere, et deinde gradatim augere, debemus: fit aliquando, ut grana quinque, uni exhibita, vomitum creent; alteri vero nullum effectum edant. Quae medicamenti dubietas ab uno ex sequentibus pendere videtur:

IMMO,

the patient, and very often to cure him entirely, by the most plentiful and profuse sweats. *Vide* Observations on military diseases, a p. 116. ad p. 124. Haec autem methodus ventriculo militis robusti, sed non delicatulae, convenire posset.

(θ) MONRO on the diseases of the army, p. 145.

(†) Nunquam in Rheumatismo ejus effectus vidi: sed, uti nauseam, vomitum, sudorem, excitat, et alvum leniter solvit; ita non dubium, quin etiam in hoc morbo prodesset.

1mo, A ventriculo, acido vacante.

2do, A diversa ratione nitri in pulvere contenti. Medicaminis enim vis solum in parte antimonii regulina obtinet: itaque, quo plus reguli nitro calcinetur, vel quo plus nitri sub sese pulvis contineat; eo minus efficax remedium evadet.

3tio, Maxime etiam quod ad virtutes discrepat medicamentum, si per longum temporis spatium fervetur, priusquam usurpatur: quippe docet experientia, quod praeparationes recentes, quae vires fere nullas possident, aetate tamen virtutibus polleant.

4to, Denique diversi, a diversa ventriculi idiosyncrasia, effectus diffiunt.

UT plurimum, nauseam, vomitum, sudorem, excitando, vel alvum leniter promovendo, hoc nobile remedium agit; et, ubi nullum nobis sensibilem effectum producit, nihil profuisse existimatur (\*).

SUDOREM his remediis excitatum, blandis cum diluentibus, ad libitum continuare possumus, prout aegri aetas, vires, constitutio, nos suadent. Si morbus non remitteret, vel si nihil in melius mutaret; in eo casu, Cl. MONRO, pulverem antimoniam, ad gr. v. in decocto sarsaparillae, bis terve

(\*) An hoc verum sit, vel an antispasmodica virtute polleat, ut nonnulli volunt, haud nobis experientiae satis est, ut determinare possemus.

terve in die praebendo, lenem diaphoresin promovere solebat; donec Rheumatismos, alia medicamenta abnuentes, removeret ( $\lambda$ ).

QUANDO Rheumatismus uni parti affideat, si brevi non in melius verteretur, sudorem ultra promovere vix licet; sed tantum, ut leni madore corpus rigaretur, et applicationibus topicis morbus profligaretur, conandum erit: inter quas, venae sectiones topicae, uti antea diximus, primum locum tenent.

VESICATORIA etiam huic intentioni, felici cum successu, saepissime adhibentur; quibus, ad oculi ictum, dolores quandoque abiguntur: si primum non responderit, alterum vel tertium applicandum est ( $\mu$ ).

TEPIDA fomenta emollientia, vel faccos herbis coctis repletos, ad partes affectas applicando; postea partes, fomentis laxatas, linimentis saponaceis,

( $\lambda$ ) MONRO on the diseases of the army. p. 146.

( $\mu$ ) Ranunculus (herba) recens, et succulentus in pulvem contusus, et loco dolenti appositus, magnum semper dolorem excitavit, et epidermide in vesicam elevata copiosum serum adtraxit, atque hac ratione morbi dolores penitus dissipavit. In pertinacissimis ac inveteratis articulorum doloribus hujus herbae usum externum admodum salutarem saepius vidi. STÖRCK Ann. med. secund. p. 128.

ceis, oleo volatili, Pharm. Paup. Edinen. illinendo, dolores optime levabuntur. Cataplasmata etiam emollientia, ex pane et lacte, liliorum radicibus, croco, malva, althaea, &c. confecta, ac partibus affectis applicata, saepe proficua sunt.

DOLORES aliquando adeo sunt atroces, ut noctes fere semper inquietae sunt: itaque opiata ad eos leniendos exposci videntur; sed ab his cavendum est. In morbis etenim inflammatoriis notum est, ea, dum febris urget, plus damni quam boni praestare. Ad haec, quanquam dolores opiatis mitigantur, quando tamen ad partes revertitur sensibilitas, acriores longe deveniunt. Dum febris urgebat, enemata subinde injecta profuerunt: sed quando remiserit, Cl. PRINGLE gummi guiacum (v) cum paucis sal. corn. cerv. granis, hora somni sumendum, exhibuit; quo alvus bis vel ter in die soluta est, quodque ad reliquias morbi fugandas optime contulit. Obstructionibus per haec remedia sublatis, Indicatio ultima nunc tractanda restat.

III. *Vires refocillare.*] Vires quandoque, post venae sectiones repetitas, vel per sudores protractos, admodum debilitantur: itaque cibi nutrientes, at concoctu faciles, praebendi sunt. Aeger omnem

(v) p. 164.

omnem subitam, a calore ad frigus, vel a frigore ad calorem, mutationem vitare, et in pristinum vitae genus (ξ), quod ad victum, aërem, et exercitia, pedetentim se recipere debet; ita tamen ut neque vinum, neque liquorem spirituosum quemlibet, neque etiam cibos, sive sale sive aromatis conditos, sive etiam *δυσπεπτα* quaecunque, nisi diu postea, degustare liceat. Amara quoque, stomacho grata, danda sunt. Cortex Peruvianus, bono cum successu, ad corpus roborandum, si in urina (ο) sedimentum apparet, usurpari queat. Ad balneum frigidum etiam fugiendum est; quod corpus firmum ac agile reddet. Sed huic ultimae Intentioni ab omnibus fortasse palmam prae-ripierit equitatio.

(ξ) Sydenham. oper. omnia p. 275.

(ο) "Some physicians," dicit Celeb. PRINGLE, "have ventured to give the bark in acute Rheumatisms, after a plentiful V. S. as soon as a sediment appeared in the water, tho' some degree of a fever remained, and the pains were still considerable. I have had some success myself in giving it so early, but have not seen cases enough to recommend the practice to others. Diseases of the army, p. 166.

F I N I S.